



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 5. Quid Judici servandum circa Inquisitionem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

de quòd dans, sèpe non det omnino sponte ac liberaliter, sed quia timet ne Judex alioqui plus faveat parti adversæ, aut moras trahat, sic que dat pro actu ex Justitia debito. Cum autem dissentiant Doctores circa obligationem restituendi ante omnem sententiam munera sponte ac liberaliter, nec ad vexationem injustum redimendam donata; Confessor debet semper judicem obligare ad talem restitutio- nem: tum quia fortè ad eam jam tenetur ex conscientia: tum quia tali pœna dignus est, & per eam avocandus est à relapsu.

*Not.* Sunt qui excipiunt leviora munuscula, in quibus corruptionis periculum abest, quæ ex urbanitate offeruntur, nec nisi quasi inurbanè recipiuntur: quia cessat ratio prohibitionis: &c. 18. ff. de Offic. Præsid. &c. 11. de Rescript. in 6. Judex delegatus potest recipere esculentum vel poculentum merâ liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus. Sed multi docent: Judices sæculares nihil omnino posse à partibus recipere, eo quòd leges digest, correctæ sint per Jus authenticorum, quo prohibetur judicibus universaliter munera accipere. *luth.* ut judices sine quoquo suffragio.

Q. 5. Quid Judici servandum circa Inquisitionem?

*Not.* Triplex est inquisitio. 1. Generalis, quando in genere quæritur an leges serventur. 2. Specialis, cum de certa persona & certo crimine

## DE OBLIGATIONIBUS. 44

erimine inquiritur. 3. Mixta, cum inquiritur generatim de persona, & specialiter de crimen vel econtra.

*Resp. I.* Judex & Magistratus nullâ datâ occasione ex suo officio potest ac debet facere inquisitionem generalem, ex c. i. de Offic. *Judic.* quia ex officio tenetur prospicere bona communi, occasionses criminum tollendo, crima puniendo in aliorum exemplum, & aliunde nemini fit injuria.

*Resp. II.* Quando crimen est publicum, sed auctor ignoratur, Judex debet querere in gente quis patravit; nam id exigit bonum publicum: alioqui scelesti homines, spè imputantis invalescerent, & crima multiplicarentur.

*Resp. III.* Non licet Judici contra aliquem facere inquisitionem specialem tendentem ad punitionem, nisi præcesserit infamia, vel semi-probatio, vel aliquid quod justam det causam, ex cap. 21. & 23. de *Accusat.* & est commun. nam per illam inquisitionem quis suspectus & infamis redderetur.

### Q. 6. Quænam requiruntur ad subjiciendum torturæ Reum?

*Resp. I.* Ex communī, illæ torturæ sunt in-justæ, quas sustinere est Reo moraliter loquendo impossibile, spectatis viribus & comple-xione. Unde non potest Judex ex confessio-ne sic extorta procedere. Peccat etiam gra-viter, si non prius alias omnes mitiores de-Zom. III. K tegent-